

Mathone sunt bello appetiti, viisque prædones. Papyrius cum à Patribus ei Romæ triumphus negaretur; in monte Albano triumphavit, qui triumphus dicebatur Ovatio, quoniam in illo vicit ovis, sicut in Capitolino taurus. Vid. Prolog. Galeat. §. 6. n. 1. Papyrius, quia in campus myrteis vicit, non ex lauro, sed ex myro in Ovatione coronam confecit; ab illo que sumpta forma per ovantes deinceps. Ovatio semper suspecta, quippe ferè usurpata, ut ambitiosi animi nota, non rei bennè gestæ tessera; etenim ad summum, minoris auctoritatis atque honoris argumentum. Papyrius vero vicit, atque ovationem tanti habuit; ut in cunctis spectaculis cum myrtle corona federit. Salian. & Briet.

15 Hos insignes triumphos secutus est, Triumphus ann. v. C. 528. L. Æmilij Papi. Panvin. & Goltz. d. pag. 103. Præelecti in Coss. sunt ille & C. Attilius Regulus, dum Prætor cum exercitu Etruria castra locarat, in quam irrupere Galli Insubres. Primo impietu Prætoris fatus exercitus, ita ut sex millia Romanorum jacerent cæsi, ac reliqui obfessi in colle. Supervenerunt Coss. cum queis vultum retrorsit fortuna, quamvis in pugna cecidit Attilius. Galli inflati anteacta vitoria nudos se obtulerunt Romanorum pilis, devictaque sunt: igitur cæsi quadraginta millia, capti plures decem milibus; inter quos ipse Rex Concolitanus; & socius Averuestes, fugiens in locum cum suis necessarijs se interemit. Tunc Papus irruit in Bojorum agrum, unde præda divitem reduxit exercitum, præclarumque triumphum de Gallis obtinuit. Liv. lib. 20. ex quo Tursellin. ann. cit. Brietusque addit milites Romanos, qui recellerant in colle thoracis in Capitolio posuisse. Alij Gallos vicos qui de vicitoria juraverant.

16 Post Papi triumphum ann. 37. de Gallis Asiaticis triumphavit Cn. Manlius Vulso. Idem qui supr. cum Goltz. pag. 123. Electus fuit in Consulatum cum M. Fulvio Nobiliore. Vulsoni contigit Asia, ubi tunc erant Galatae seu Gallograeci sub diversis Ducibus sive Regulis, qui visus Manlii copijs, refugerunt in montes Olympum & Taganam: verum hic sagittis & jaculis confixi, tandem fugati sunt, eorum cæde incredibili facta, capti quadraginta milibus. Unus è Regulis Teclotages pacem simulans, ex insidijs Romanos adorans, parum affuit ad cladem Romanorum: univerlos profecto trucidasset; ni Tribuni subveni-

Vade &  
quare ova-  
tior?

rent. Tunc ergo Gallograeci oppugnantur in monte, deturbantur, funduntur, capiuntur, fugiuntque qui potuerant, trans Halim flumen. De captis refert Florus, ubi infra: *Alligati miraculo quadam fure;* *cum catenas morsibus & ore tentassent, cum* *offocandas invicem fauces præbuerint.* Hì ex illis, qui cum Brenno Duce vastaverant Græciam, & mox Orientem secui in media Asia parte sedevi. Manlius ordinatis in Asia rebus, pacceque pacta cum Antiocho Magno, incensà seu potius concissâ Regis clasè, doolo malo; Roman iter direxit, sed Thraces impedimenta Manlii & Legatorum adorientes, cum præda noctu recesserunt. Redux ergo petit triumphum, cui repugnauit legatistum quia inconsulto Senatu bellum intulisset Gallograecis: cum quia impedimenta amisisset in Thracia: sed obtinuit licet ægrè. Tit. Liv. fusè, lib. 38. & sect. 42.

17 Etsi ambitione triumpfi bellum confecit, juris justitiaeque studiolus eluxit. Post vicitoriā de Teclotage, Ancyram Vulso venit, ubi uxoris Reguli cuiusdam passavim à Centurione; dum se redimit, quod servi detulerant, stupratorem ab ijs occidit, ejusque caput ad maritum detulit quod quidem summè gratum Manlio Vulsoni. Idem ibid. *Gallograecis vicit,* qui adheserant Antiocho (inquit Cornel. Nepos & Æmil. Prob. n. 55.) inter captivos uxor Regis Ortagonis Centurioni custodiam in custodiam data: à quo vi stuprata, de injuria tacuit: sed post impetrata redempzione, manu adulterum Centurionem interficiendum tradidit. Florus lib. 2. cap. II. Illam, ait, in vindictam Centurionis evasisse custodiam, atque suis vocatis, obtinuisse vindictam. Plutarch. in *Claris mulierib.* n. 20. Qua tempestate Romanorum Dux Cn. Manlius in Asia (ait) fudit Gallograecos, Chiomara Ortagonis conjux, forè inter reliquias mulieres capta fuit. Ordinum ductor qui eam cepit, fortunā usus militari animo stuprum ei obtulit. Hic cum & libidinis & avaritiae proœcta esset atque impotentis, cupiditate tamen pecunia vicitus; magno auri pondere padus est de muliere liberanda, quam ad certum locum duxit, preto accepto eam dimisurus. Gallograeci fumen, quod eos dirimebat, transferunt, auroque dato Chiomaram accepunt. Illa uni innuit, ut amplexantem se & osculantem Romanum feriret: qui cum parens caput ejus præcidisset; sublatum illa finu illud involvit aufugitque. Ut ad virum venit, caput ante pedes ejus abiecit: qui cum mirabundus diceret: Praeterea res mulier fides est. Sanè quidem, inquit, sed præclarus, unum tantum qui copiam mei habuerit, vi-

Fatimus il-  
lustre Chio-  
mare Re-  
gine.

Lucan.

veret. Idem Valer. Maxim. 6. cap. I. Extern. n. 2. & Liv. d. sect. 65.

18 Hac etiam die signatur à Smetio in *Glossemat. Fastor.* ex Cn. Flav. C. Jul. Cæfarem contra Patricios potentiores Catulum & Metellum, suffragijs tribuum, quas auro corruperat, surripuitse Summum Pontificatum. Alij Octavianum, fato functo M. Lepido, sibi in perpetuum Pontificatum assumpsisse. Agemus postridie à n. 25. præt signat Ovidius in *Fast.* Inter Romanos quoque hodie navigium *Iulis* celebratum, refert Elias Reusner. ex *Veter. Kalend. Rom.* At quia Ægyptiorum propria solemnitas, agemus infra, num. 22.

19 Inter Arcades festum Cereris Erinnys. *Kal. Grae.* Ei dicatum templum, in quo statua novem pedum proceræ, habens dextra facem, sinistrâ cistam: dictaque Erinnys, quasi furens & cuncta conturbans ad instar Ates; quapropter cum illa etiam Furiarum imagines, vocata simul Erinnyses. Plutarch. de *Sera Numinis vindict.* qui unam tantum Erinnyn cognovit, quæ Adrastia, seu Nemesis dicta, filia Jovis & Necessitatis, vindicta & scelerum ministra, quæ omnes animas hoc illuc cursitantes & tergiversantes comprehenderet, ad supplicium raperet, & in æternas inauditas profundissimasque tenebras demerget. Natal. Comes, 3. *Mytholog. cap. 10.* & Gyrald. *Syntagm. 14. n. 12.* de quo Claudian. de 6. *Consulat. Honor.* à v. 5. & Lucan. 5. *Pharsal. v. 393.*

20 *Hinc factum* (infit Chartar. d. à pag. 156.) ut Ceres Nigra appellaretur propter vestem nigram (quia filia evanuerat, recesserat in specum, gravi luctu, ex quo furiosa) in cuius memoriam Phlegenses dicunt, antrum illud cum simulacro Dei dedicasse. Simulacrum ita fabricasse; ut saxo insideret muliebri figura, præter caput, quod equinum, atque adeo cum juba esset, serpentibus & alijs feris ad caput alludentibus reliquo corpore ad imos pedes tunica velato, altera manu Delphinem, columbam altera preferente. Sumptum ex Pausania, cap. 257. & 271. qui cap. 240. refert hoc simulacrum *Nigra Cereris* ac *Erinnys* igne fuisse corruptum. Sicut hujus imaginem etiam indicat Rhodigin. 15. cap. 31. & Pier. Valer. 4. cap. 30. qui Cererem furentem, Erinnyn arbitratur Venerem expressam per Columbam & Delphinem. Ibi etiam exponit insignia hujus imaginis in mythologiam orbis. Videis. His monilibus ornata Erinnys imago dicitur simul Ceres Lusia, vel Lyssa. Gyrald. d. n. 13. & Pausan. quod dudum. Erat una Parcarum, ut signat Euripid. in *Hercul. Oetae.* v. 609. & in *Thyestē,* à v. 248.

*Discede pietas, dira Furiarum cohors,*  
*Discorsque Erinnys veniat & geminas faces*  
*Megera quatens. Non satis magno meum*  
*Ardet furore pectus. Impleri juvat,*  
*Majore monstro.*

*Hæ simul cum Cerere Erinne colebantur.* In harum festo natus Orestes, qui ab illa percitus, in omen malum cogitato natali. Photius in *Biblioth.* ut asserit Bulenger, de Ominib. cap. I. ait: Orestes existit in lucem in die festo Cereris, cognomento Furie; & Furij actus est.

21 *Furiarum in inferno situs, in horrorem habitus;* & tamen placuit Menedo-

mo, atque Menippo Cynicis, deridiculis cunctis, quippe gloriantur elle, dici, ac videri furiose daemones. De hoc Suidas: *In-  
sania caput, se inferorum ministrum esse, di-  
ctabat;* seque hoc ab inferis Deis allegatum, ut hominum facta exploraret, atque ad ipsos de cunctis referret, Furiarum habitu: nempe, veste nigra, ad talos usque demissa, non admodum latâ; fascia incinctus, & pileum gestans; in quo duodecim Zodiaci signa erant expressa, tragico cothurno, cum baculo fraxineo, atque prolixâ barba. Speciosa profecto figura! Adi Strab. 4. n. 15. & Chartar. de *Imagin. Deor.* in *Pluron.* pag. 195. De illo, Diogen. Laert. de *Vit.* & morib. *Philosoph.* lib. 6. In tantum superstitionis venerat (inquit) ut sumpto habitu Furia, circumiret, dicens speculatorum se ex inferno venisse ijs qui peccarent; ut descendens hac ibi demonibus renunciaret. Vestis, *E. Men-  
pulla tunica, talaris, adstricta puniceo balteo, deni.*

*Menippis  
insania.*

*Sacra Cere-  
ris Erin-  
nyos.*

*Imago &  
statua.*

*Nemesis.*

*Ceres Ni-  
gra.*

*Image.*

*Erinnys Ve-  
nus.*

*Dilia Lu-  
sia & Ly-  
ssa.*

*Si.*

*Euripid.*

*Hercul.*

*Oetae.*

*Thyestē.*

*in-*

veret. Idem Valer. Maxim. 6. cap. I. Extern. n. 2. & Liv. d. sect. 65.

18 Hac etiam die signatur à Smetio in *Glossamat. Fastor.* ex Cn. Flav. C. Jul. Cæfarem contra Patricios potentiores Catulum & Metellum, suffragijs tribuum, quas auro corruperat, surripuitse Summum Pontificatum. Alij Octavianum, fato functo M. Lepido, sibi in perpetuum Pontificatum assumpsisse. Agemus postridie à n. 25. præt signat Ovidius in *Fast.* Inter Romanos quoque hodie navigium *Iulis* celebratum, refert Elias Reusner. ex *Veter. Kalend. Rom.* At quia Ægyptiorum propria solemnitas, agemus infra, num. 22.

19 Inter Arcades festum Cereris Erinnys. *Kal. Grae.* Ei dicatum templum, in quo statua novem pedum proceræ, habens dextra facem, sinistrâ cistam: dictaque Erinnys, quasi furens & cuncta conturbans ad instar Ates; quapropter cum illa etiam Furiarum imagines, vocata simul Erinnyses. Plutarch. de *Sera Numinis vindict.* qui unam tantum Erinnyn cognovit, quæ Adrastia, seu Nemesis dicta, filia Jovis & Necessitatis, vindicta & scelerum ministra, quæ omnes animas hoc illuc cursitantes & tergiversantes comprehenderet, ad supplicium raperet, & in æternas inauditas profundissimasque tenebras demerget. Natal. Comes, 3. *Mytholog. cap. 10.* & Gyrald. *Syntagm. 14. n. 12.* de quo Claudian. de 6. *Consulat. Honor.* à v. 5. & Lucan. 5. *Pharsal. v. 393.*

20 *Hinc factum* (infit Chartar. d. à pag. 156.) ut Ceres Nigra appellaretur propter vestem nigram (quia filia evanuerat, recesserat in specum, gravi luctu, ex quo furiosa) in cuius memoriam Phlegenses dicunt, antrum illud cum simulacro Dei dedicasse. Simulacrum ita fabricasse; ut saxo insideret muliebri figura, præter caput, quod equinum, atque adeo cum juba esset, serpentibus & alijs feris ad caput alludentibus reliquo corpore ad imos pedes tunica velato, altera manu Delphinem, columbam altera preferente. Sumptum ex Pausania, cap. 257. & 271. qui cap. 240. refert hoc simulacrum *Nigra Cereris* ac *Erinnys* igne fuisse corruptum. Sicut hujus imaginem etiam indicat Rhodigin. 15. cap. 31. & Pier. Valer. 4. cap. 30. qui Cererem furentem, Erinnyn arbitratur Venerem expressam per Columbam & Delphinem. Ibi etiam exponit insignia hujus imaginis in mythologiam orbis. Videis. His monilibus ornata Erinnys imago dicitur simul Ceres Lusia, vel Lyssa. Gyrald. d. n. 13. & Pausan. quod dudum. Erat una Parcarum, ut signat Euripid. in *Hercul. Oetae.* v. 609. & in *Thyestē,* à v. 248.

*Discede pietas, dira Furiarum cohors,*  
*Discorsque Erinnys veniat & geminas faces*  
*Megera quatens. Non satis magno meum*  
*Ardet furore pectus. Impleri juvat,*  
*Majore monstro.*

*Hæ simul cum Cerere Erinne colebantur.* In harum festo natus Orestes, qui ab illa percitus, in omen malum cogitato natali. Photius in *Biblioth.* ut asserit Bulenger, de Ominib. cap. I. ait: Orestes existit in lucem in die festo Cereris, cognomento Furie; & Furij actus est.

21 *Furiarum in inferno situs, in horrorem habitus;* & tamen placuit Menedo-

*Imago.* ( inquit ) *Lyssam adducit, que Herculi furorem ac rabiem iniiceret: hec centum serpentum capitibus fibulantibus caput incinctum habebat, manu vero stimulum gestabat.*

*Naviginm Ifidis.* 22 Inter Ægyptios, quod etiam Romanum invexere, festum Navigij Ifidis, signat Reusner. uti præmisimus, n. 18. & Eusebius, cum Lactantio Firmian. lib. 1. de Opific. ex quibus Gyrald. de Navigijs, cap. 8. Certus dies ( ait ) habetur in Fasfis, quo Ifidis nayigium celebratur. Is vero dies in mente Martio commemoratur. In navi simul ipsa puppis paulatim afflcta, aureo chemico imposito: è regione vero proportione quadam protra in longum producta eminet, habens hinc inde signum Dea Ifidis navis cognomenum. Hunc diem Martij diximus, quo navigabile, sedatis tempestatis fit mare. Apulejus, 11. Metamorph. dicit: Qui dies ex ifta nocte nascetur eternè mihi religione nuncupabitur; quo sedatis hibernis tempestatis, & lenitis maris procelsis fluctibus, navigabili jam pelago rudem dedicantes carinam, primitias commecatus libant Sacerdotes. Simulacris rite dispositis, navem faberrime factam teda lucida & ovo & sulphure, solemnisimas preces de casto prefactus ore; picturis miris Ægyptiorum variegatam carinam quam purissime Dea nuncupavit dicavitque. Causam hujus sacri innuit Plutarch. de Ifid. & Osrid. ubi: Incluso Osride in arcum, Ifis profecta est ad similem Horum, qui Buti educabatur, ubi arcu deposita, venantem noctu ad Lunam Typhon offendisse eam; corpusque agnatum in quatuordecim concidisse portiones ac dissipasse. Ifis cum id rescriisset, eas pervestigasse cymba papyracea paludes pernavigantem. Hinc scaphis papyraceis navigantes non violari crocodilis, sive eas timant, sive venerentur hujus Dee gratia. Ideo Ifis pingebatur, cymbium in dextra gerens: ait Elias Vinet. in Edyl. 26. Ausion. n. 333. de cuius imagine, egimus, 7. Januar. n. 14.

*Naves par-*  
*pyraca.* 23 Ab Ægyptijs cum errore figura Ifidis, sicut in Romanos, emanavit ad Suevos, qui illam colebant in modum Liburnæ. Alex. Neapol. 4. cap. 12. Expressè Tacitus, de Moribus German. cap. 9. n. 2. Pars Sueorum Ifidi sacrificat. Unde causa & origo peregrino sacro; parum comperi, nisi quod Signum ipsum in modum liburnæ figuratum, docet adiectam religionem. Græci ad Ægyptiorum æmulationem quod de Ifidis imagine, attribuerunt Europæ Agenoris. Europam Jupiter in tauru rapuisse fertur: hoc est, in navi tauri picturam habente, & Ifidem in vaccam, similiter navem hujusmodi picture. Ut hos certius

*Ifidis ima-*  
*ge.* 24 Inter pretiosa Ægyptiorum numerabatur haecce navis, quam colebant in adytis cum alijs simulacris, per quæ & in quibus hieroglyphicè suam discebant disciplinam scientiarum, pictis illarum latebrarum parietibus: hisque ritibus initiati, arbitrabantur non tantum sui apotheosim, sed Theolæpiam: id est, in Deum transformationem. Justin. qq. ad Orthodox. cap. 25. Ita inflati hujusmodi scientiæ diabolica; ut cum Dijs decertare conarentur, ad hoc ut Numina vel invitè indulgerent optata: & quod nancisci haud poterant precibus, obtineant minis. Quanta vesania & fatuitas! Narrat Porphyrius ( ait Jamblicus de Mysterijs Ægyptior. ) Sacerdotes consuevisse, minis adversum Superos uti. Minæ ha ferè erant: Nisi ita feceritis, vel contra; cœlos confringant; occulta Ifidis patefaciant; Arcanum in abyso reconditum, divulgabo, Cistam Bayn, navem apud Ægyptios sacram, aut membra Osridis Typhoni dispergam. Jo! Videbis Psellum de Operat. dam. cap. 21. & plura alia risu digna, amentia plena, apud Kircher. in Magia hieroglyph. Ægypt. Tom. 2. Oedip. class. 1. cap. 5.

25 Hoccine delirium etiam adhæsit longinquis nationibus. In part. 2. Indie Oriental. Icon. 28. dicitur: Chinenses idolum adeunt, colligantque duo ligna, quorum tur Sine. utrumque ex una parte planum, & altera rotundum sit. Ea sortes exploratur, in altum coniunct: quod si ambo in planum latus decidunt; omen faustum erit. Si vero alterum in planum, alterum in convexum decidat; malum erit. Unde idolo multis votis supplicant, ut id fausto nutu secundet. At si ulterius ligna inequali positiu procedant; indignantur idolo: supplicant tamen rursus, lignaque tertia vice experientur: qua si tertia vice infausto positu projecta sunt; pedibus idolum proterunt, abjectumque in mare, aut in ignem datum, comburunt ex parte;

sive

cognoscatur; nayigum Ifidis Ægyptus colit. Fulgent. 2. Mytholog. n. 11. Hujusmodi navi Ifidis singitur elata in cœlum, & Argos dicta. Videbimus Ifagog. Septembr. n. 19. Prius Ægyptij instruxerunt fabulam: qua de causa etiam celebrabant Antrum Ifidis, vocatum Aula Jovis, in quo Jo Paphum peperit; & post partum facta Dea, Ifidis nomine. Navigavit in Ægyptum specie bovis, & ut pervenit, figuram exuit, atque mulieris formam speciosam assumpsit. Ovid. 1. Metamorph. fab. 14. & Natal Comes. 8. Mytholog. cap. 19. Fusè agemus de haccine Ifidis nave, quæ dicta Navis Barys, 25. Jul. Navis Barrys.

*Aula Jovis.*

*Navis Barrys.*

*Inseria Hierarchia rum Ægyptiorum.*

*Eius ma-*

*nia.*

*Hierogly- phicus in Alexandri ambitionem.*

*et*

*Solis imago cum malleo*

sive etiam rapido verberibus multant; donec ligna optato jactu in planum cadant. Quo quidem facto, idolum in locum suum repontant, excusantes se, & opimas hostias offerentes. Vide Tom. 8. T. 10. à n. 42. Habet Sinae templum dæmonibus & spiritibus dicatum. Kircher. in Simia Ægypti. cap. 2. In Numinum sumnum non audent, sed in hujus ministros, qui licet ab illis Numina vocentur; propter illata mala, ususq[ue] flagris venerantur. Ita Ægypti ( insit Jambl. quo datus ) minis utebanur in quoddam genus demoniorum inferioris ordinis, quod imperiosis minibusque verbis, ad id quod volebant, cogebant.

26 Postquam Alexander Magnus reversus est è lepulchro Cyri: venit ad eum celebris Gymnosophista Calanus. Briet. in Chronolog. ann. V.C. 428. Hic vocabatur sphinx, sed cum advenientes ad se primo diceret: Cale ( id est, Salve ) à Græcis Calamus dictus. Nudus degebat quum Alexander ad illorum solitudinem venit, & cum Calanus ad illum vocatus venire noluisset; Rex ad eum misit Onelicritum Cynicum: cui Calanus vestibus spoliari iussit, si aliquid velleret: alioquin nec verbum placide ab illo hausturus, et si nullus à Jove. Post discessum Alexandri, à Taxile peritus, ad Alexandrum venit; perhumane acceptus à Rege, qui ægrè tulerat, quod Gymnosophistarum Rector dixisset: Cur tan longo itinere Alexander hoc venit? Calano venienti revealavit vulnus: qui quidem ingeniosè pellem accipiens aridam, proposuit in medium, ejus extrema calcans, quo partes adversæ statim erigebantur. Cumque ita per orbem circumiens calcasset; medio tandem corio institut; quo omnes partes subsederunt, quin sublevaretur illa. Intellexit Alexander, à Principe medias partes, seu centrum regni tenendum; ne esset subditorum elevatio & sublevatio; quas Alexander videbatur inquirere; dum vagabundus procul ab aula aberrabat. Plutarch. in Alexandr. & Diodor. Sicul. 17. n. 119. Morte voluntaria monuit Alexandrum de proxima morte; ut dicemus, 8. Novembr.

27 Apud Lituanos olim supersticio quædam in alacritatem; etenim Solem adorabant fulgorantem & in manu habentem malleum, seu clavam ferream. Sacrificuli interrogati de specie simulacri ac religionis ritu; responderunt, Solem à tyranno potentissimo interceptum, fuisse in turrim validam per plures meses reclusum, quin sphæram coelestem valeret illuminare; cui Signa Zodiaci opem enixe tulere; muros

*confirmatur in primcipatu Josue.*

### DIES VI. MARTIJ.

1 **G**radus 16. Solis in Piscibus, in Prid. N.

*fl. Ptolom. Fundus vasis Crateris vespere oritur. Junctin. K. 4. Vendemator oritur vespere. Alsted. Vrnom. Sub hoccine horoscopo, divites & longævi. Firmic. Vir avem manu tenens caudā. Spher. Arab. Inter Hebreos oblatio Eliasaph pro tribu Gad in dedicatione Tabernaculi muneribus æquis ac cæteri Principes. Numer. 7. 42. Anno abhinc 39. abitus Israëlitarum ad Jordaniem. Duce Josue, ubi manserunt per tri-duum. Josue, 3. à 1. Vid. postridie, & die 9. Hac enim die nonnulli astruunt apparitionem Dei, ut præsentia ejus confortaretur Josue; de quo Abulens. Josue 1. quæst. 4. quippe prius dictum Deuter. 34. 9. Josue vero repletus est spiritu sapientie, quia Moyses posuit super eum manus suas. Tantum in contrarium occurrit, quod post 30. dies à morte Moysis, facta fuisse hæc omnia: postque necessario signanda, cum Moyses 7. Februar. fato functus, de quo Serarius in Josue 9. quæst. 14. Jam electus seu destinatus erat à Domino in Principem Josue, ex quo Moyses propter aquas contradictionis prohibitus ab ingressu terra promissa: Tolle ( ei dicitur à Domino ) Josue filium Nun, virum in quo est spiritus, & pone manum tuam super eum; qui stabit coram Eleazar Sacerdote, & omni multitudo, & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem glorie tue. Numer. 27. à 18. Id est, de splendore tuo: ut cogitat R. Moyses. Alij ut Cajetan. & Bonfrer. Da nimurum Jolue insignia principatus, annulum signatorium, & tuam virginem quasi sceptrum. Claruit ergo ( nisi fallor ) actutum post Moysis mortem ( quoniam populus ira rebellis sine Principe effrenis vagaretur) electio facta à Deo speciali aliquo signo, nimurum præsentia Dei, sicut ante transitum Jordanis, uti dicitur Josue, 1. 1. Nihil servatum à malitia Rabbinorum. Afferunt Moysen mœrentem, de ele-*